

sit, renuntiato, neve in senatum neve in de[-(106)curionum conscripto-
rum⁹⁴ numero legito, sub legito coptato neve sententiam rogato neve
dicere neve | (107) ferre iubeto sc. d. m.⁹⁸ Quei ad versus ea fecerit, is
HS DCC p. d. d.⁹⁶ esto, eiusque pecuniae quei volet petitio esto. |

(108) Quae municipia colonia (*sic*) praefectura (*sic*) fora conciliabula c. R.⁷³
sunt erunt, nei quis in eorum quo municipio | (109) colonia praefectura⁹⁷
conciliabulo⁹⁸ senatu decurionibus conscreipteisque esto, neve quoe⁹⁹ ibi in
eo ordine | (110) sententiam (*sic*) deicere ferre liceto: quei furtei, quod
ispe (*sic*) fecit fecerit, condemnatus pactusve est erit; | (111) queive iudicio
fiducio¹⁰⁰, pro socio, tutelae, mandatei, iniuriarum, deve d. m.¹⁰¹ condem-
natus est erit; queive lege | (112) Plaetoria¹⁰² ob eamve rem, quod ad-
versus eam legem fec[*i*]t fecerit, condemnatus est erit; queive depugnandei |
(113) caussa auctoratus est erit fuit fuerit; queive in iure¹⁰³ abiuraverit,
bonamve copiam iuravit iuraverit; quei¹⁰⁴ | (114) sponsoribus creditoribusve
sueis renuntiavit renuntiaverit, se soldum solvere non posse, aut cum
eis | (115) pactus est erit, se soldum solvere non posse; prove quo datum
depensum est erit; quousve bona ex edicto | (116) eius, qu. i. d.¹⁰⁵ prae-
fuit praefuerit, praeterquam sei quous quom pupillus esset reive publicae
caussa abesset, | (117) neque d. m.¹⁰¹ fecit fecerit quo magis r. p. c. a.,¹⁰⁶
possessa proscripave sunt erunt; queive iudicio publico Romae | (118) con-
demnatus est erit, quo circa eum in Italia esse non liceat, neque in in-
tegrum restitutus¹⁰⁷ est erit; queive in eo | (119) municipio colonia prae-
fectura foro conciliabulo, quous erit, iudicio publico condemnatus est
erit; quemve | (120) k.¹⁰⁸ praevaricationis caussa accusasse fecisseve quod
iudicatum est erit; queive aput exercitum ingnominae | (121) caussa ordo
ademptus est erit; quemve imperator ingnominae caussa ab exe[r]citu
decedere ius[*i*]t iuserit; | (122) queive ob caput c. R.¹⁰⁹ referendum pecu-
niam praemium aliudve quid cepit ceperit; queive corpor[*e*] quaestum |
(123) fecit fecerit; queive lanistaturam artemve ludicam (*sic*) fecit fecerit;
queive lenocinium faciet. Quei | (124) adversus ea in municipio colonia
praefecturave¹¹¹ foro conciliabulo¹¹² decurionibus conscripteisve [f]uerit |
(125) sententiamve dixerit, is HS DCC p. d. d.⁹⁶ esto, eiusque pecuniae quei
volet petitio esto. |

(126) Quoi h. l. in municipio colonia praefectura foro conciliabulo se-
natorem decurionem conscriptum esse | (127) inque eo ordine sententiam

94) *Scr. conscriptorumve (Momms.).* — 95) *Sciens dolo malo.* — 96) *Populo dare damnas.* — 97) *Inserere foro.* — 98) *Inserere in.* — 99) *Scr. quous.* — 100) *Scr. fiduciae.* — 101) *Dolo malo.* — 102) *Cf. Cic. de n. d. 3, 30, 74.* — 103) *Inserere bonam copiam abiuravit (Momms.).* — 104) *Scr. queive.* — 105) *Quei iure dicundo (QVID in aere, pro Q. I. D.).* — 106) *Rei publicae causa abesset. Deinde apparet excidisse bona possessa proscripave sunt erunt.* — 107) *Scr. restitutus.* — 108) *Kalumniae.* — 109) *Civis Romanei.* — 110) *Notantur satellites proscriptionis Sullanae.* — 111) *Dele ve.* — 112) *in senatu inserit Momms.*